



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1625**

Pecata omnia ad octo legis Dei mandata summatim reducuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39652**

*Peccata omnia ad octo legis Dei mandata summatis  
reducuntur.*

**V**T Conscientiae liber facilius legi, & explicari possit, subiiciemus hic summam quandam peccatorum, quæ prohibet liber diuinæ legis: reducentes omnia ad octo priora mandata ex decem Decalogi: in quibus quasi in quadam summa reliqua Ecclesiæ præcepta, & diuerorum statuum particularia, & quæ spectant ad septem vitia capitalia continentur. aduentum est tamen, non omnia, quæ hic exprimentur, lethalia esse peccata: sed tunc solùm, quando sunt huiusmodi, ut amorem Dei, & proximi; religionem aut iustitiam in materia graui, & cum plena aduentitia laudent reliqua censentur leuia siue venialia: quod facile discernet sapiens ac discretus Confessarius. Nec est quod pœnitens valde propterea sit anxius, cum accedit ad Confessionem. Satis facit enim ipse, manifestando peccatum modo quo gestum, nihil interim occultando: si enim hoc fecerit, nihil illi nocebit, quod cogitet fuisse lethale, quod erat veniale; aut veniale fuisse, quod erat lethale: utrumuis enim sit exponit, explicatque illud coram D e o, eiusque ministro cum vero dolore, quod admiserit; & firmo proposito numquam illud repetendi.

N o T A.  
*Ne disputes,  
quale sit  
peccatum.*

I.  
*Fides.*

2.  
*Spes.*

*Circumprimum præceptum.*

**P**ECCATVR primo contra FIDEM idolatria, aut infidelitate, negando verum Deum; aut idola & falsos Deos adorando; aut negando veritatem aliquam ex ijs, quas D E U S Ecclesiæ suæ reuelauit; aut sciens & volens dealiqua dubitando; aut curiosè rationem & causam scrutando, ut ei præcipue innitatur; aut si dedignet aliquid fidei veritatem confiteri; aut opus bonum præstare, ob timorem eorum, qui contra id obmurmurant, aut Symbolum, siue fidei articulos ex negligientia ignoret. Item quibuscumque superstitionibus, aut augurijs vtendo, cum aliquo pacto explicitè vel implicitè inito cum Dæmonibus, aut familiaritatem cum eis habendo; fidem somnijs vanis adhibendo; aut denique res sacras cum turibus & profanis miscendo.

**D**EIN DE peccatur contra SPEM: si quis diffidat, se posse consequi celum, aut peccatorum remissionem, aut vitæ emendationem: dando locum pusillanimiati, animique circa virtutem defectioni: aut contrà, si temere existimet, se hoc totum consecuturum absque medijs, quæ Deus constituit: pœnitentia scilicet, quam aut reiicit in senectutem, aut in ipsam mortis horam: aut non est sollicitus nosse præcepta, & reliqua ad salutem suam necessaria; aut non recurrat ad orationem & Sacraenta. Item si diffidat, D E U M eius orationes adiutorum, quemadmodum se facturum promisit;

aut